

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Disputationes Chirurgicæ Selectæ**

**Haller, Albrecht von**

**Lausannæ, MDCCLV.**

**VD18 90538889**

[Dissertatio Medica, De Struma Oesophagi, Hujusque Coalitu Difficilis Ac Abolitae Deglutitionis Causis]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16577**

## §. I.

**O**esophagus, f. gula est canalis musculofo-membranaceus, a faucibus ad ventriculum extensus, ingesta solida atque liquida ad ventriculum transmittens atque dirigens. *Stomachus* etiam audit nonnullis, aliis vero hic denotat vel extremum oesophagi, vel & ipsum ventriculum.

## §. I I.

Ex anatomia oesophagi nihil huc trahemus, nisi quod directe & specialiter ad thema nostrum pertinet. *Oesophagus* extenditur a medio colli ad diaphragma. *Situs* est retro tracheam & ante vertebrae colli dorsique [e]. In thorace parum *inflexitur* dextrorsum, ob adjacentem aortam, sed mox rursus in sinistram reflectitur. In suo principio pharynge, per modum infundibuli *expanditur*, in toto reliquo tractu cylindrum cavum, *aqualis fere diametri*, æmulatur, cujus *latera* quidem, extra deglutitionis actum, *collapsa* sunt & sibi contigua, in suum tamen cavum facile admittit in homine adulto digitum indicem l. auricularem, citra violentam distractionem. *Extremum* ejus *inferius*, ventriculo insertum, *coarctatur* a decussatis muscularibus fibris muscoli inferioris diaphragmatici.

*Tunica* ejus *musculosa*, robusta diversis fibrarum stratis constat: quæ in externa scil. decurrunt superficie, maxima parte sunt longitudinales, non tamen omnes ab uno extremo ad alterum exporrectæ: quæ his subjacent, oblique sunt transversales: has subsequens fibrarum stratum obtinet situm magis transversalem: intimæ vero contraria directione anteriores obliquant. Omnes se decussant plurimis in locis admodum irregulariter, ut nec annulares omnino, nec spirales sint [f].

Patet hinc non modo, oesophagi actionem esse muscularem, uti jam olim agnovit Cicero: [g] *Stomachum*, inquit, *agitatione & motibus lingue, cum depulsum & quasi detrusum cibum accepit, depellere: ipsius autem partes eas, quæ sunt infra id quod devoratur, dilatari, quæ autem supra, contrahi*: sed etiam e naturali harum muscularium fibrarum actione  
contra-

[e] Situs oesophagi hanc descriptionem retinere volumus e Winslow *Expos. anat.* in 4 Paris 1732. p. 685. §. 157. quod sic litem ipse celeb. vir composuisse videtur, dum is olim in *Hist. acad. reg. An.* 1715. edit. Amstel. p. 315. prætendebat: Tracheam non directe jacere ante oesophagum, sed inclinari magis dextrorsum, & lateraliter appositam esse oesophago, cum alii hunc describerint directe subjacentem tracheæ. conf. celeb. Heisteri *comp. anat.* not. 46. Atque sic Winslovius videtur per subsequas inquisitiones deprehendisse variationem situs, ad quam & alii provocant anatomici.

[f] Ita felicite describit Jac. Benign. Winslow, *Exposit. anat.* p. 606. §. 159.

[g] M. Tullius Cicero de nat. deor. L. 2.



contractoria in œsophagum, ab assumptis vacuum, parietes ejus internos sibi jugiter appropinquari. Quæ, in ordine ad p. n. œsophagi constrictionem & coalitum, non vana est speculatio.

## §. III.

*Tunica œsophagi nervea* dicta, quæ musculari subjacet, in aliquot lamellas dividua, multis irrigatur vasculis sanguineis atque glandulis, multo amplior est musculari tunica, sed in plicas, juxta longitudinem decurrentes, corrugata, ut ideo, transversim dissectus, œsophagus referat tubum in tubo, s. canalem canali insertum. Intima tunica, villosa s. crusta villosa communiter appellata, papillis exilibus atque brevissimis instructa, lento mucoso humore imbuta & pariter in plicas & sulcos, uti nervea, est convoluta.

## §. IV.

Maxime vero huc faciunt, quæ extus adjacent adhærentque œsophago glandule non modo gastrice, conglobatæ, sinistro ventriculi orificio vicinæ, sed & dorsales circa quintam dorsi vertebra[m] œsophago adhærentes, ut plurimum sub illo, subinde ad ejus latera, e quibus omnibus non minus, ac bronchialibus & trachealibus glandulis liquidum subsalsum, e thyroidea vero, quam nidum ovulorum verminosorum constituit, ovula vermium, pro caractere vitali, chylo in ventriculo impertiend[um] atque digestionem promovenda, per novos ductus excretorios in œsophagum & ventriculum derivat *Vercellonius*. [b]

Dorsales hæc glandulas *Vesalius* modo glandosum corpus, modo glandulas binas dixit, nunquam perpetuas, sed subinde, frequenter, sæpe duntaxat inveniri. [i] Quamvis ergo celeberr. anatomici Columbus, Vidius, Laurentius, Bauhinus, Riolanus, Whartonus, Bartholinus, Verheyenus &c. ita de his loquantur, quasi semper & ordinario adessent; Tamen celeberrimi Viri Sylvius, Heister, Morgagni eas interdum saltem reperiri, per frequentia convicti extispicia, recte statuunt, [k] & *Præses* hujus dissertationis non modo nuperrime in anatomia publica cadaveris feminini ne vestigium harum glandularum, omni adhibito studio, sed & alias subinde non potuit invenire, quamvis deinceps in aliis repererit, quod & Heistero accidit atque Morgagnio. [l] Neque obstat *Whar-*  
toni

[b] Jac. Vercelloni dissert. anatomico-med. de glandulis œsophagi conglomeratis 4. Astæ. 1711.

[i] Andr. Vesalius de Fabrica corp. hum. L. 3. C. 4.

[k] Jo. Bapt. Morgagni Epist. 9. §. 52. edit. c. Valsalvæ operibus in 4. Venet. 1740.

[l] Id. ibid. it. Laur. Heisteri compend. anat. edit. quart. T. 2. p. 27. §. 389.

*toni* monitum: has glandulas in postica fede inter oesophagum & thoracis vertebrae aliquando adeo occultari, ut vix, etiam sedulo investigantium, oculis appareant. [*m*] Non enim adeo sunt minutæ, & quasi invisibiles atomi.

Magnitudine, numero & figura variant hæc *dorsales glandule*. Ad *phæoli magnitudinem* accedunt ordinario, subinde hanc superant, prout vel numero plures adfuerint, vel pauciores: nucis avellanæ magnitudine, suo inclusæ putamini, & figuræ globosæ aliquoties observavit eas Præses, præsertim si non nisi unica adfuerit. Quoad colorem, consistentiam, structuram simillimæ videntur glandulis conglobatis passim obviis. Ductus ex hisce dorsalis glandulis, in oesophagum terminatos, quique humorem pro illius interna lubricatione, & ventriculi digestionem juvanda, plerent, suspicati quidem plurimi sunt anatomici, interque hos ipse primus acutissimus Vesalius: imo Vercellonius l. c. tenues ejusmodi ductus se detexisse asserit. Verum oculatissimi Professorum alii, e. g. Heisterus, Morgagnius, aliique hos aliove ductus excretorios, in oesophagum hiantes, invenire non potuerunt.

## §. V.

Unde ergo ipse Morgagnius sententiam, quam a Vesalio, Fantono, Verheyeno, fluctuans quidem adhuc, mutuatus erat olim, [*n*] de lubricanda oesophagi via per hæc glandulas dorsales, deseruit, quod interea canaliculi & ductus earum excretorii nulli essent certo demonstrati, e contrario autem e glandula quadam, oesophagi lateribus apposita, p. n. quidem indurata, in vacca exeuntes valde notabiles & lymphæ turgidissimos repererit lymphæ ductus, ut hinc supra memoratas dorsales glandulas in homine ejusdem esse indolis reputet; [*o*] Quorsum jam ante etiam respexit Whartonus. [*p*] Nolumus vero harum glandularum qualicumque usui diutius jam insudare. Sufficit ad præsentem scopum, illas reperiri frequenter in homine, & oesophago circa quintam thoracis vertebrae adhærere.

## §. VI.

Potius in rem nostram faciunt *observationes anatomico-practicae*, a variis authoribus fide dignis, de harum *oesophagi glandularum*, maxime dorsalis, *statu morbifico factæ*, quarum quidem plures ex auditu & relatione,

Tom. 11.

E e e

tione,

[*m*] Th. Whartoni Adenograph. C. 17.[*n*] Joh. Bapt. Morgagni Adversar. anat. III, animadvers. 3. p. 5.[*o*] Idem in Epist. 9. §. 42. c. Valsalv. oper. edit. Eand. sententiam fovet Isbr. Diemerbræck Anat. L. 2. C. 16.[*p*] Th. Whartoni Adenograph. C. 17.

tione, vel & per traducem quasi authoris ex autore, aliquæ vero per certam habentur & confirmantur autopsiam. Unde non modo *Riolanus*, qui Morgagnio ob hanc causam vapulat. [q] sed quamplurimi alii videntur redarguendi, quod nec ipsi hoc observaverint, neque authores citaverint, quibus constitutio talis harum glandularum p. n. in sectionibus ipsis cadaverum apparuit.

*Riolanus* e. g. [r] sæpe, inquit, ita intumescunt (glandulæ dorsales) ut potibus & liquidioribus alimentis viam intercludant, non item solidioribus: item, [s] imbutæ & tumefactæ aliquo humore, magnum impedimentum adferunt deglutitioni. Quæ Riolanum ex *Laurentii* historia anatomica, suppresso hujus nominè, hausisse arguit Morgagnius loc. cit. lit. o. Undenam vero literatiss. Morgagnius & ex qua editione oper. anat. Laurentii hæc habeat? Nec non in qua editione *Diemerbræckii* Anatomies extet: quod hic tres quatuorve casus in propria observatos praxi, impeditæ deglutitionis per tumidas hæc glandulas dorsales observaverit? non patet. Certe in nostris exemplaribus, Illius in 8. majori Francof. An. 1595 Hujus vero in 4to Genev. 1679. editis non occurrunt, quæ Morgagnius allegavit.

De illis porro tam *Diemerbræckius*, quam *Bartholinus*, alique prædicant, quod ab humorum affluxu ita nonnunquam intumescant, ut nimium comprimendo & angustando œsophagum, transitum alimentis præcludant, hominemque fame & siti enecent: [t] it. quod subinde sic intumescant, ut potibus & alimentis liquidioribus viam intercipient. [u] An *Palsinus* certo, & per factam cadaveris sectionem, resciverit, quod illa femina, cujus meminit ipse, [w] laboraverit & occubuerit eodem tumore & scirrhotitate glandularum œsophagi dorsalium, fortissime hinc compressi & conglutinati? non est in aprico: Non enim aliud de femina hac refert, nisi quod eam viderit occubuisse eodem modo, quem scil. Verheyenus de alio retulerat ægro.

#### §. VII.

Per ipsas demortuorum sectiones robur addiderunt ac certitudinem aliorum conjecturis, quos nunc subjiciemus, Viri celeberrimi ac fide dignissimi: *Tulpius* [x] qui de vidua cujusdam naupegi sic refert: Succrevit huic paulatim, ex destillatione, humilis ac latus tumor: insidens firmi-

[q] Morgagnius in modo cit. Epist. 9. §. 46. p. 284.

[r] Joh. Riolani Anthropogr. L. 3. C. 14.

[s] Joh. Riolani Encheirid. anat. L. 4. C. 15.

[t] Isbr. Diemerbræck anat. C. H. L. 2. C. 16.

[u] Th. Bartholin. anat. quartum renovat. L. 2. C. 12. p. 448.

[w] Jean Palsin Anat. du corps humain P. 1. T. 3. ch. 11. p. 272.

[x] Nic. Tulpius in obs. med. L. 1. C. 44. p. 82e



firmiter, lateri asperæ arteriæ, paulum supra jugulum. Hinc impediri evidenter spiritus, & tandem tantopere deglutitiones: ut circa summum tumoris incrementum, vix quicquam amplius transmiserit gula: nisi forte exiguas aliquas lactis vaccini guttulas: quarum ope nequaquam ubi restaurarentur vires, majoris opis indigæ: emarcuit necessario corpus: & excessit, non invita, e vita. Dissecto autem cadavere, & denudata convenienter cute, offendimus hunc tumorem, ad instar carcinomatis, colore lividum & radicibus diffusum, per quamcumque colli partem. Potissimum vero circa gulam: premendo eam tam arcte, ut ex complicatis ipsius tunicis excrescerent intus varia filamenta: obturantia, intricata sua textura, usque eo perviam hanc fistulam: ut ne ferreum quidem specillum, per eam nobis licuerit transmittere. Intumuerant adhæc, à perenni pituitæ cursu, tam vehementer glandulæ, in medio thorace, gulæ extrinsecus appositæ: ut nemo miraretur amplius, mulierem hanc incidisse non modo in summas angustias, verum in famem inexpugnabilem, & novissime in ineluctabilem mortem.

## §. VIII.

*Verheyenus* vidit e tumore & scirrho glandularum, quæ circa quintam thoracis vertebam ipsi œsophago à parte posteriore adnascuntur, patientem præ inedia misere obiisse, omni scil. via cibo potuique ad ventriculum præclusa. Aperto autem cadavere reperit latera œsophagi, ob vehementem compressionem, coaluisse, ipsumque ejus tubulum sub glandulis istis abiisse in corpus solidum. [y] Celeberr. *Heisterus* virum secuit, qui nihil cibi aut potus amplius deglutire poterat, propter obstaculum quoddam, quod non in faucibus, sed in thorace percipiebat. In hoc hanc glandulam (dorsalem nempe œsophago adhærentem) ad ovi galinacei magnitudinem auctam reperit, unde œsophagus ita comprimebatur, ut nihil amplius transire potuerit. [z]

## §. IX.

Dexterrimus quondam apud nos chirurgus, orbi literato non ignotus edita obstetricum schola, *Hebanmen - Schul*, Christoph. *Væter*; in observationibus suis chirurgicis, quas in modo laudato libro, Stuttgartiæ An. 1722. edito passim allegat. p. 48. 50. 63. 201. 350. & typis imprimendas destinaverat, morte vero præventus reliquit in manuscripto, casus habet aliquot huc spectantes: quorum nonnullos in simili, de qua hæctenus sermo fuit, œsophagi compressione fundatos arguere licet, bi-

E e e 2

nos

[y] Phil. Verheyen corp. hum. anat. L. 1. Tr. 3. C. 14. p. m. 201.

[z] L. aur. Heisterus in comp. anat. T. 2. §. 389. p. 27.



nos vero alios sectio post mortem instituta detexit circa orificium superius ventriculi obvios:

Scilicet primo viri Eßlingensis, Christoph. Welschii, circa cujus orificium superius ventriculi reperta est excrescentia (*ein Gewächs*) e dura pinguedine visa concrevisse, quæ arcte occlusit modo dictum ventriculi orificium [a]. Secundo: Senatoris Canstadiensis, Joh. Bechtlin, in quo orificium ventriculi sinistrum scirrholo tumore circumcirca obstitum, & tam arcte constrictum fuit repertum, ut nihil quidquam transire potuerit, & hinc ventriculus & intestina plane vacua fuerint.

## §. X.

Ante octodecim annos mensè Junio *Præsidi* obtigit sequens casus Stuttgardiae in equisone, æt. 42. ann. qui sexennio prius, ex ictu equi in regionem epigastricam, spūto laboravit sanguineo, nullum vero dehinc porro sensit incommodum, alias quidem longis vexatus intermittentibus febribus. A sesquimestri, post tussim catarrhalem, deglutitio fit difficilis & dolorifica, cum ardoris sensu, & dolore sub tactu, in scrobiculo cordis, ut jejunium invitus servare cogatur. Nulli ructus, nec nausæ, nec vomitus. Regio epigastrica sæpe inflatur. Nulla tussis neque dyspnœa. Nullum juxta spinæ dorsii tractum percipit dolorem. Appetitus viget: alvus naturalis. Nullus p. n. ptyalismus. Nulla unquam laboravit infectione venerea.

Suspiciatus tum est Præses œsophagi strumam subesse (hæc, & quæ sequuntur, sunt ejus verba concepta in Ephem. pract.) circa orificium ventriculi superius a glandulis ibi infarctis tumidisque. Præscripsit Is d. 5. Jun. potiunculam laxativam ac aperitivam, lenem. Sed copiose hinc alvo purgatus æger multo quidem facilius deglutivit, ast in cardialgiam incidit, quam tamen eclegma ex absorbentibus, demulcentibus, stomachicis atque oleosis brevi sustulit: Sibi vero denuo d. 7. Jun. revocavit æger itinere nocturno; Interea deglutitione liquidorum & pultaceorum manente facili. Repetat priorem linctum. D. 8. Jun. toto die hesternò bene habuit, comedit bibitque satis commode: alvo etiam dejecit. Hoc autem mane ab offa, paulo spiffiori, sensus prunæ ardentis sub scrobiculo cordis. ℞. Mucil. fem. psyll. ∇ menth. extr. drachmas sex. Spec. diarr. f. drachmam unam. Sacch. penid. unciam dimidiam. Sir. pap. err. Violar. Aq. naph. ros. ana unciam semis. aq. til. uncias duas. Ol. amygd. d. rec. expr. unciam unam. M. hauriat sæpe cochlear unum. Scrobiculo cordis imponat Empl. e theriaca. D. 11. Jun. tussis sicca, cum fricturis gulæ. Fœtor oris putidus. Cardialgia remittit. Deglutitionis obstaculum

[a] An hoc steatoma hæserit circa orificium ventriculi sinistrum immediate supra? an infra diaphragma? ex historia & contextu non dilucescit.

culum jam propius est laryngi, quam orificio ventriculi. ℞. Hb: veron. Fl. hyperic. pap. err. an. M $\mathcal{J}$ . Sem. fœnic. drachm. unam. Rad. liq. unc. semis. M. C. D. pro apozemate mane & vesperi. ℞. Liq. C. C. succin. Efs. croci. Efs. bals. Hoffm. ana scrupulos duos M. d. 30. gt. quovis s'horio. D. 15. Jun. tuffis bina nocte omnem interceptit somnum, cum multi visceri mucii rejectione. ℞. Extr. croci-pap. err. ana scrup. dimidium; massæ pil. de cynogl. gr. sex, Sir. pap. err. unciam unam, Diacod. croc. Myns. Sir. fl. tunic. ana drachmas tres, Aq. til. ceras. n. ana uncias tres. fœn. menth.-ros. ana unc. semis. D. subinde unum, l. duo cochlearia. Ad diem usque 22. Jun. ter repetit hanc mixturam, unde tuffis multum remisit placidusque somnus viribus exhaustum subinde refecit. Materix purulentæ foetidissimæ sub tuffiando rejectio. D. 28. Jun. a medicamentis interea quiescere voluit. Jam cardialgia denuo cum tuffi humida illa & purulenta infestat. Unde præscriptum Eclegma e spec. diar. f. sperm. cet. oxymel. squillit. Sir. balsam. & pap. err. &c. D. 10. Jul. Ab hoc eclegmate minus successit excretio, hinc proprio motu substituit æger mixturam d. 15. Jun. præscriptam. Hac vespera erectus in lecto sedens atque bibens sonum crepantis, fractæve, costæ in hypochondrio dextro clarum & ipse & adstans puella audivit. Inde tuffis frequentior, & sputum, ut antea, purulentum, foetens. D. 12. Jul. In lecto decumbenti similis fragor & crepatura obrigit in collo, cum rejectione, mox insequente, grumorum sanguinis, non puris. Vires fractæ, caro fere omnis consumta. Deglutitio, circa pharyngem tantum facilis. ℞. Extr. croc.-helen ana scrup. semis, Sir. balsam. unc. semis-pap. err.-veronic. Ol. amygd. d. rec. expr. ana unciam unam cum dimidia. Bol. arm. pp. drach. semis M. D. D. 15. Jul. post agonem mortis 24. horarum expiravit, scena morbi non singulariter mutata usque ad ultimum halitum.

## §. XI.

Corpus exanime sectioni altero statim die subjecit Præses, assistentibus chir. Mollwitz ejusque famulo. Corpus erat sceletiforme: Omentum, longe dependens in regionem hypogastricam, sine vestigiis herniæ, intestinis superjacens ac pluribus in locis p. n. adhærens. Intestina, tenuia maxime, livido-rubra, gangrænosa, excepto recto. Mesenterii glandulæ naturales, paulo tamen majores. Pancreas, omnino naturaliter se habens. Hepar magnum, lobo maximo gangrænosum, in eoque vestigia vomicæ, haud ita diu ruptæ, Hic ibi in substantia grandines, f. parvæ vomicæ, cum aliquot hydatidibus. Cystis fellea repleta bile tenaci, fusco-flava. Lien friabilis, putridus. Renes, ureteres, vesica secundum naturam se habuere. Ventriculus aëre turgidus, non collapsus, non inflammatus. Pylorus naturalis. Orificium superius cinctum pluribus glandulis, lentium magnitudine & figura, scirrholis.



*Oesophago*, duos pollices supra orificium ventriculi, *adhæsit glandula*, instar conglobatæ, unius pollicis diametrum habens, fusco-nigra, recondens materiam paris coloris, tenacem, nonnihil purulentam, cujus vero nullus ductus, qui *oesophago* infereretur, deprehendi potuit. Hucusque naturalem servavit *oesophagus* capacitatem, ac cavitatem, ast paulo superius, *circa quintam fere dorfi vertebram*, ita *coarctatus* erat & *callosus*, ut tenuem stylum vix admitteret. Coalitus hicce duorum pollicum longitudinem emetiebatur. Ascendendo juxta ductum *oesophagi*, idem ille, paulo amplior iterum, continuit ichorem purulentum. Toto hoc tractu livor gangrænosus partium cohærentium, asperæ arteriæ &c. spectabatur. Commune aliquod orificium, l. sinus ex *oesophago* in asperam arteriam, l. pulmones non occurrebat. *Oesophagum* sectione profequi non licuit in collo ob metuendam cadaveris defædationem. *Vertebræ* dorfi immunes, illæscæ. *Diaphragma* naturale. *Pulmones* utrinque adhærentes pleuræ, non grandinosi, sed inflammati, sero spumoso potius, quam sanguine repleti. Cavum pectoris nullo refertum liquido. Cor flaccidum, exsanguie. *Polypi* mucoso-fibrosi in omnibus quatuor vasis majoribus. *Thymus*, ut par, se habebat.

## §. XII.

Supereft casuum biga valde notabilis. Alterum enarrat *Mangetus* [ b ], alterum *Ruyfchius* [ c ]. Sic autem ille: Circa quintam thoracis vertebram ipsi *oesophago* a parte posteriore adnascuntur quædam glandulæ, sæpius binæ, magnitudine & figura phaseolum referentes; aliquando plures, sed minores & in unum corpus glandulosum concretæ: quarum usus videtur *oesophagum* intus humectare pro faciliore ciborum transitu. Vidi ex harum glandularum tumore ac scirrhotitate patientem præ inedia misere obiisse, omni scil. via cibo potuique ad ventriculum præclusa. Aperto autem cadavere reperi latera *oesophagi* ob vehementem compressionem coaluisse, ipsumque ejus tubulum sub glandulis istis abiisse in corpus solidum.

*Ruyfchius* vero ex recensione Medici *Mennes*, Physici & Consulis civitatis Hulsti, casum & curationem allegat viri, æt. 30. an. nec Baccho, nec Veneri illegitime litantis unquam, qui ante triennium corripiebatur tum obstructione tonsillarum, tum relaxatione uvulæ, tum hæmorrhoidum cæcarum doloribus, tum earum fluxu notabili; Quæ symptomata quidem medelis appropriatis depellebantur; Verum continua renovantium caterva symptomatum, uti tussis ferina, hæmorrhoides, catarrhi

suffo

[ b ] Jac. Mangetus in Theatr. anat. fol. Genev. An. 1716, L. 2. p. 251.

[ c ] Fred. Ruyfchius Advers. Anatomico-Medico-Chir. Dec. 1. obs. 10. p. 24. seqq.



Suffocativi natales non tantum producebant prodigiosiores [d] sed etiam secum ducebant summam oesophagi coarctationem circa quintam & sextam colli vertebram, accrescente indies deglutitionis impedimento, usque eo, ut nisi summa cum molestia, summo deglutitionis conamine solummodo fluida, attamen anxie, valeret assumere nutrimenta. Illa oesophagi coarctatio in pejus vergens continuo, metus diuturnus suffocationis atque famis ægrum redegerunt ad incitas. Unde per 14. dies, maximo incommodo, nullo fructu, toleravit a quodam Medicinæ candidato intrusam turundam, grandiore latitudine aperturæ oesophagi, longitudine spithamæ (l. c. p. 29.) unguento quodam oblitam, & ne descenderet in ventriculum, fræno ad auriculas alligatam. Affectam partem supposuit sæpe laudatus Mennes in tunica glandulosa oesophagi, aliisque faucium gutturisque glandulis præsertim circa quintam aut sextam colli vertebram, ubi tres notabiles illæ glandulæ, secum a Verheyeno observatæ, ac destinatæ ad humectandum in deglutitione gulam. Die 2. Aprilis exploravit oesophagum spina balænæ, cujus extremitas præcincta fuit spongia, oleo imbuta, atque deprehendit circa quintam aut sextam colli vertebram obstaculum tale impermeabile, quod ulteriorem descensum inhibuit. (p. 28. in principio).

Inito cum Ruyschio ac Boerhavo consilio cura instituitur ad ptyalismum præparatoria, dein ipsa lenis salivatoria, denique sudorifera & balneatoria a 6. Aprilis ad 12. Maji felicissime absoluta. Nimium abriperet spatium plenior hujus curæ medico-chirurgicæ historia & repetitio. Recurrent quoque ad calcem hujus dissertatiunculæ quædam, ad ingeniosissimum hujus curæ Mennesianæ paradigma accommodata therapeutica. Quorsum ergo, & ad ipsum fontem ipsa Ruyschii adversaria, B. L. ablegamus.

## §. XIII.

Jam vero egregia hæc observatio Mennesiana an eadem sit, quoad locum affectum in oesophago & causam, cum illis, à Tulpio, Verheyeno, Heistero, Mangeto &c. notatis? (§. prioribus 7. 8. 9. 10.) sive an impedimentum deglutitionis, in adversariis allegatum, hæserit in ipsis glandulis oesophagi dorsalibus, & non potius multo superiore ejus loco, in colli regione, vel ideo maxime dubium videtur, quod locus impedimenti ab ipso authore bis terve determinatur ad locum oesophagi circa quintam sextamve vertebram colli, à qua regione multum adhuc distant glandulæ dorsales illæ, atque ideo etiam linimentum, quo collum inungi calide debuit, (p. 33. die 27.) ex ung. pomat. uncia una semis. Ol. succin. albi scrupulis duo.

[d] Verba & constructionem Authoris, Mennes, servavimus maxima parte. Si quis stylum ipsius, taxare voluerit, verborum Ciceronis Medicorum, Celsi, meminerit: Morbos non curari verbis, sed remediis.



duobus-lavend. drachma semis. - nuc. mosch. expr. drachma una. - spic. nard. ind. uncia una, præscriptum videtur.

Tamen, quoniam author p. 26. de parte affecta differens, designationi glandularum œsophagi circa §. vel. 6. colli vertebram, immediate subjungit hæc verba: ubi tres illæ notabiles glandulæ, mecum à Dom. Verheyen observatæ: harum vero situs circa §. 6ve dorfi vertebram, non colli, obvius est, præterea etiam p. 27. ubi de causa agit, glandulas supra nominatas, (tunicam scil. glandulosam œsophagi, aliasque faucium gutturisque glandulas, imprimis illas circa §. aut 6. vertebram colli, p. 26. allegatas) fungositate ad molem & coarctationem excretas (excrevisse) supponit atque suspicatur: imo circa guttura faucesque omnes solidæ partes inventæ dicuntur naturales, excepto vitio univæ per abscessionem decurtatæ olim, & jam nodosæ, ac tonsillarum inflammatarum, neque notabiliter tumidarum, sed induratarum; non sine gravi ratione arguit perspicaciss. Morgagnius [e] errorem quemcumque l. authoris, l. typographi subesse, & loco colli vertebrarum, dorfi ponendas fuisse. Quibus rationibus duæ possunt aliæ superaddi: Np. primo authorem, Dn. Mennes, tamen aliquoties in œsophagum immittere potuisse illam balænx spinam, spongiola armatam in apice, ipsius vero pharyngis originem in collo non, vel parum superare quintam colli vertebram. Secundo refertur p. 29. turunda grandior, longitudine spithamæ œsophago intrusa & per 14. dies noctesque fuisse relictæ. Jam ergo si longitudinem hanc turundæ ad pharyngis & œsophagi tractum metiamur, apparet manifeste, quod obex deglutitionis in œsophago debuerit hære circa quintam dorfi potius, quam colli, vertebram.

Sed non dissimulamus aliud adhuc, quod subesse videtur, gravius dubium: nimirum an in hoc casu omnino sit accusanda glandularum, œsophago extus connexarum aliqua intumescencia & indurescentia, cum ipsa autopsia litem dirimere nequiverit? Et vero omnia phænomena recensita pariter explicari queant per solam glandulosæ œsophagi tunicæ, circa illum offensionis locum, turgescenciam, aut omnium tunicarum stricturam, vel parietum internorum œsophagi coalitum, qui & a præside §. II. aliisque per sectionem fuit observatus. Quæ nostræ mens sit circa diagnosis hanc ancipitem, infra §. 21. dispalescet?

#### §. X I V.

Ex hætenus allatis evincitur, dari inter aliâ deglutitionis impedimenta tale, quod oritur ab intumescencia glandularum œsophagi dorsalium p. n. unde canalis œsophagi sic comprimitur atque stringitur, imo coalescit, ut ingestis, & denique ne fluidis quidem exceptis, via ad ventriculum præcludatur, hominique fame sitique pereundum sit. Quemadmodum vero

[e] Morgagni Epist. c. Valsalva oper. edit. 9. §. 46.

glandulæ colli conglobatæ, ac thyroidea præsertim, notabiliter tumefactæ *strumas κατ' ἐξοχήν* dictas constituunt, ac laryngem aut tracheam comprimunt [f] atque sic strumarum subjectum cum tantum non omnibus medicis glandulas agnoscimus [g]: imo strumas aliis adhuc partibus tribuunt, uti in maxillis & hepate *Blancardus* [h]: brachio adnatum tumorem magnum strumam vocat *Schenckius* [i]: ingentem vero in coxa tumorem, *Benivenius* [k]: strumam urethræ, impediens urinæ excretionem E. N. C. [l] Strumas toto corpore dispersas *Pechlinus* [m]: tumorem glandulosum scirrhum, ad duorum pugnorum magnitudinem majorum, in spatio superiori, quo cor spectat, inter utrumque ventriculi orificium sectione detexit & *strumam stomachi* vocavit *Franckenau* [n]; ita per rationes & exempla satis fundatum reputamus dissertationis hujus titulum & appellationem *Struma oesophagi*. Igitur struma oesophagi nobis dicitur tumor atque juncta sæpe scirrhusa induratio glandularum oesophagi, vel dorsali ( §. 4. ) vel aliarum ventriculi orificio superiori vicinarum, impediens ac tandem penitus abolens deglutitionem assumptorum.

Per coalitum oesophagi intelligimus tam perfectam & omnimodam tunicæ internæ oesophagi p. n. in aliquo loco & tractu ejus interno concretionem, cohæsiōnem & quasi conferruminationem, sicque coalitum in facto: quam angustationem, contractionem, coarctationem cavitatis oesophagi, magis magisque arctiorem, à causâ ordinario intrinseca & domestica oesophagi, sicque coalitum in fieri. Utriusque tractationem combinabimus, quod revera sæpius in corpore jungi solent, ac signis diagnosticis & methodo medendi in plurimis conveniunt. Pandemus ergo utriusque affectus primo phænomena antecedanea, constituenta & consequentia: Secundo Pathologiam: Tertio Therapiam.

## §. X V.

*Phænomena antecedanea* sunt: oesophagi situs, respectu corporum vertebræ-

[f] Vidit præses, in sectione post mortem enormiter strumose virginis, tracheam circa 3. 4. 5. sextumque annulos infra laryngem ita compressam ac coarctatam ab enormi, e cysticis cartilagineisque tumoribus in stupendam molem coagmentata prolifera struma, ut trachea ibi non nisi angustissima rimula, quæ nec tenuissimum graminis foliolum transmisisset, patuerit pro aëris transitu.

[g] Conf. Gabbrielli in append. ad An. 4. Dec. 3. E. N. C. p. 183.

[h] Steph. Blancard. Anat. pract. c. 2. obs. 1. p. 193.

[i] Jo. Schenck obs. med. L. 5. p. 723. b.

[k] Jo. Beniven. Exemp. med. obs. c. 14. p. 160.

[l] E. N. C. Dec. 2. An. 10. obs. 113. p. 207.

[m] J. N. Pechlinus obs. 31. L. 3. p. 481. f.

[n] Georg. Franc. de Franckenau E. N. C. Dec. 3. An. 5. & 6. obs. 175. p.

401.

Tom. II.

F f f

tebrarum, quibus superjacet, & tracheæ, cui in variis subjectis, l. subjacet, l. adjacet: (§. 1.) incurvatio, s. deflexio ad dextram primo, dein ad sinistram: (§. 1.) Naturalis parietum collapsus & subsidencia. (§. 1.) Ætas virilis atque senilis maxime subest huic affectui. Testantur id observationes, consentit ratio, cum in his ætatis periodis & solidæ & fluidæ partes in statum p. n. magis magisque desciscant [o]. Temper: melancholicum, phlegmaticum. Sexus masculinus præ feminino. Aër gelidus, borealis, quatenus in genere ad defluxiones atque stases catarrhales concurrunt. Ciborum majores boli assumpti: alimenta acria, fervida, duriora, aspera: frusta glaciæ deglutita. Potus gelidus, glaciæ, calidis fervidisque cibis, aut alias æstuanti corpori ingurgitatus: spirituosus, acidus, adstrictivus. Assumpta heterogenea, caustica, venena, spinæ l. officula oesophago inhærentia, aut, in transitu saltem, excoriationem, vulnusculum, ulcerationem, statim inflammatoriam, cicatricem relinquunt. Ipsæ pariter externæ injuriæ lapsus, ictus, contusionis, graviorum, medio l. pectore, l. dorso exceptæ. Oesophagi vulnus cicatrice consolidatum strictiore. Vomitus frequens, laboriosus, præsertim acidissimæ amurcæ. Catarrhi frequentes, habituales. Aphthæ & variolæ, per oesophagi canalem diffusæ [p]. Angina. Dispositio scrophulosa. Infectio faucium venerea. Hydrophobia [q].

## §. XVI.

*Phænomena constituenta & concomitantia.* Sub initium affectus, ægris videtur primo aliquid ciborum in oesophago restitisse, quod superhausto potu, vel novo bolo detrudere conantur. Secundo alimenta assumpta in uno saltem latere oesophagi descendere nonnullis videntur, & quidem finitro plerumque. Tertio sensum mutui ascensus & descensus obicis illius in oesophago percipiunt. Dehinc malum ingravescit & deglutitio assumptorum magis magisque impeditur; observavit hæc in variis ejusmodi ægris supra laudatus Vœlter.

Assumpta quidem per os, fauces, pharyngem & aliquo usque per ipsum oesophagum satis expedite procedunt, tum vero subsistunt, hærent in via oesophagi, l. superiori, l. media, l. inferiore. Ibi sentitur obex, remora, qui solidiora præsertim, vel plane non transmittunt, vomitu e gula

[o] Huc pertinere videtur non modo casus, quem in se ipso sene observatum descripsit Felix Platerus obs. L. 1. p. 212. Sed & alii loc. cit. enarrati. Fortassis & ille, in viro quodam 56. ann. Joh. Frid. Zittmanni med. forens. Centur. 4. cas. 98. p. 1086.

[p] Gulæ coalitus à variolis legitur in E. N. C. Dec. 2. A. 9. obs. 45. p. 80. it. act. Hafn. Vol. 1. obs. 109. p. 199.

[q] Act. Hafniens. Vol. 5. ob. 114. p. 308. in hydrophobico oesophagus valde angustus & constrictus, ejusque orificium exile.



gula laboriose ac molestissime repercutienda, vel ægerrime saltem, lente, ægerrimo & repetito deglutionis molimine, nostrates vocant *mit Worgen*, & tandem in ventriculum descendere sinunt, vel in totum, vel in tantum. Molestam ægri circa hunc locum subsistentium in œsophago ingestorum percipiunt sensationem, pressionis, strictionis, ardoris, angustiae, anxietatis, asthmatis, ut sub illis, irritae, aut laboriosissimae, deglutionis conatibus ipsa facile animi deliquia, in senibus maxime, superveniant. Mollia, liquida, exili quantitate assumpta diutius liberum, vel certe non adeo molestum, servant comitatum, denique vero ne guttula amplius permeat. Unde sitis atque fames misere torquent & conficiunt ægros, tantalo quasi infeliciores: tanto scilicet molestius, quanto vegetior ordinario perstare solet appetitus, imo sitis cum ipsa faucium exsiccatione vehementius urgere, ut eas ideo frigida jugiter colluere & irrigare cogantur [r].

Ad ultimum subinde, aliquot ante mortem diebus, plane nec esuriunt, nec sitiunt amplius. Cæterum ordinario dolorem experiuntur nullum, nisi in ipso deglutionis conamine circa sedem & locum obicis in œsophago, vel orificio ventriculi sinistro: nonnulli etiam in nucha & scapulis aliquem patiuntur. Fecum alvinarum atque vesicalium quantitas magis magisque imminuitur. Urina, quæ redditur, lixiviosa est. Totum corpus emaciatur, facies lurido colore defœdatur viresque exhauriuntur. Ructus, raro quidem assurgentes, subinde cum molestis in œsophago strictionibus & sensu ardoris eniti conantur.

Tussis, superveniens hærentibus in œsophago cibis, remedio est aliis, motu concussorio, promotorio: aliis decubitus in dorso supinus descensum alimentorum per œsophagum faciliat [s]. Liquidum, quod solidiusculis assumptis & in œsophago morantibus superbibere solent tanquam vehiculum, juvat nonnullos ab initio affectus, alios vero in majores conjicit angustias. Applicatio tubuli, quem descripsit Fabricius Hildanus, vel spinæ balænae, (confer. §. 25.) & detrusio in œsophagum ad usque ventriculum, in tantum solatur ægros, ut, statim postea, jusculum, vinum, pulcillam liquidiorum, ovum forbibile aliaque fluida deglutire queant, oclusa tamen brevi iterum via in priorem recidant angustiam. Medicamenta lubricantia, oleosa, mucilaginosa aliquot, sed leve & inconstans impertiunt levamen.

## §. XVIII.

[r] Voelter in obs. chir. supra, §. 9. citatis refert: virum in tali affectu, ultimis fere 14. diebus, ne guttulam quidem amplius in ventriculum deglutire potuisse, ad sitim vero fallendam & fauces humectandas in os assumisse quolibet fere momento aquam frigidam, ad libras 4. singula hora, sed statim iterum exspuisse.

[s] F. Plateri obs. L. 1. p. 212. & p. 211. ubi bina hæc habentur exempla.



## §. XVII.

*Phænomena consequentia.* Gravissimus chronicus atque periculosus est affectus, ab initio levis & nullius momenti visus. Ordinario stadium suum extendit ad sesquiennium, aliquando citius terminatur, & quidem ordinario ad lentam mortem ex inedia, fame sitique diuturnis cum atrophiam & consumptione totius corporis. Mirum inter hæc est, quod nonnulli per 8. usque 14. dies ne guttulam liquidi amplius deglutire valentes, vitam tandiu protrahere valeant. Aliquibus tandem, aliquot ante mortem diebus, loquela aboletur, ut scribendo animi sensa cogantur aperire. Denique, mentis semper compotes, expirant placide. Post mortem sectio detexit non modo, quæ supra allegavimus in §. 6. usque ad 12. inclusive, sed & alia: e. g. cavum ventriculi ac intestinorum vacuum, eorundem inflammationem, scirrhus intestinorum atque hic ibi angustissimas coarctationes, pulmonum inflammationes &c. Quamvis ergo funestum à potiori hic affectus sortiatur eventum, & tandem ne palliativæ quidem curæ locum relinquat; e casu tamen Ruyschiano, §. 12. à nobis relato, constat, salivatoria cura feliciter restitutam fuisse, quæ difficillima erat, deglutitionem, à simili, quam pertractamus, causa; itaque nec in posterum omnis spes curationis est abjicienda. Tamen, si malum per longas invaluit moras, obstaculum deglutitionis nimium induruit, aut œsophagus aliquo, quin toto, tractu, penitus & tenacissime coaluit & quasi conferruminatus est, nulla plane curationis spes videtur superesse.

## §. XVIII.

*Pathologia.* *Struma œsophagi* est morbus conformationis in magnitudine aucta glandularum œsophagi dorsaliū, & circa ejus insertionem in ventriculum obviarum, cui subinde accedit vitium qualitatis, scirrhescentiæ ac indurationis. *Coalitus* & concretio œsophagi morbus est pariter conformationis, in cavitate œsophagi, quam naturaliter oportet totam esse perviam, hoc vel illo loco nimis coarctata, aut penitus deleta, concretis parietibus internis œsophagi. Potest hic uterque affectus separatim obtingere, strumam vero facile coalitus excipere ac consequi. Effectus, qui utrinque resultat, morbificus, est symptoma impeditæ, molestæ, ac tandem abolitæ deglutitionis.

## §. XIX.

*Subiectum strumæ œsophagi* sunt illæ ipsæ glandulæ dorsales œsophagi §. 4. vel & orificio ventriculi sinistro adjacentes, tumefactæ, turgidæ, lymphæ viscida, salino-terrestri infarctæ, magis magisque incrementis, & œsophagi

phagum, cui partim subjacent, partim à latere adhærent, comprimentes, atque sic obicem & repagulum transituris ingestis objicientes: idque tanto magis, quod hæ glandulæ ( $\alpha$ ) non saltem contiguæ, sed connexæ sunt œsophago ( $\beta$ ). A tergo & lateribus subditas habent vertebrae dorfi, turgescuntibus glandulis cedere nefciâs ( $\gamma$ ). Adjacentem aortæ truncum, valide vibrantem & resistentem, lateraliter oppositum habent ( $\delta$ ). Ab antica vero facie non minus tam à trachea, quam mole pulmonum premuntur atque coercentur. Atque sic in œsophagi cavum, naturaliter connivens & collapsum quasi, vis glandularum tumidarum comprimens se exferit. Annon hinc diluitur speciosa, quæ formari posset, objectio? Quod, quantacumque harum glandularum fingatur intumescencia, minus agere in œsophagum possit comprimendo, quoniam sufficiens præsto videatur esse cavum, pectoris scilicet, in quod se possint expandere.

## §. XX.

*Subjectum vero coalitus & angustiae œsophagi, citra hanc compressoriam vim externam, de qua modo diximus, subinde accidentis, sunt hujus tunicæ internæ, nervea præcipue, brevioris vel longioris tractu magis magisque se stringentes, & tandem concretæ non aliter, ac aliquando fit in coalitu vaginæ uteri, ductus nasalis, qui lachrymale liquidum in nares infundit, in concretionem foraminum anteriorum narium &c.*

Sicuti vero ex eis, quæ §. 16. allegavimus, phænomenis ipse locus & tractus specialissimus hujus vel compressionis, vel alius angustiae œsophagi facile & per propriam ægri sensationem in tentamine deglutitionis innotescit, maxime si accesserit ipsa œsophagi exploratio per instrumenta §. 25. describenda: ubicumque enim applicita hæc in œsophago subsistere coguntur, ultra detruendi renuunt, vel certe cum notabili difficultate promoventur usque in cavum ventriculi, ibi locus est offensionis, ibi subjectum morbi specialissimum.

## §. XXI.

Ita vero res est altioris indaginis: *an deglutitionem intercipiat sola glandularum intumescenciarum atque comprimenciarum moles? An, sine hac, simplex parietum œsophagi internorum coalitus? An vero utrumque vitium simul coincidat in unum eundemque, vel & diversum œsophagi tractum? Tentabimus eruere verosimilem aliquam diagnosis. Removemus primo omnes reliquas difficilis deglutitionis causas, transitorias & permanentes, per sua signa facilius dignoscendas, e. g. spasmodicæ constrictionis, paralyticæ debilitatis, inflammationis, abscessus, in hærentis spinæ, ossiculi &c. de quibus in præfatione jam differuimus, ut, ita his per remotionem ex-*



cussis, non supersint aliæ, nisi, quarum in limine hujus §. meminimus, causæ.

Primo quidem videntur esse aliqua *utriusque vitii signa communia* & æquivoca e. g. lentæ & successivæ generationis, chronicæ durationis, transitus ingestorum difficilis, vomitibus regurgitationis assumtorum, modi patiendi & moriendi communis. Justam tamen *suspicionem glandularum strumosarum* omnino movent, si, ( $\alpha$ ) morbi catarrhales chronici, frequentes præcesserint ( $\beta$ ): tanta œsophagi non sit angustia, quæ nec liquidi quicquam, nec instrumentum exploratorium transmittat ( $\gamma$ ): mediante tali instrumento tractus obstaculi brevior & quasi monticulus quidam percipiatur superandus, mox vero dehinc libere progrediatur instrumentum ( $\delta$ ): æger in deglutitione, utcumque adhuc superstitite, sibi videatur lateralem assumtorum descensum in œsophago sentire (§. 16).

Contra vero *coalitum* & concretionem *œsophagi* magis *patescere* videntur ( $\alpha$ ). Prægressæ causæ manifestæ, œsophagi vulneris, arrosionis, exulcerationis, abscessus, aphtharum & variolarum internarum ( $\beta$ ): angustia œsophagi longius spatium emetiens, instrumento exploratorio detegendum ( $\gamma$ ). Major renifus, pertinaciusque obstaculum, detrudendo huic instrumento se opponens. Denique si signa strumæ œsophagi aliquandiu præcedant, & vero signa coalitus bina, ultimo loco recensita, subsequantur, tunc utriusque casus atque mali concursum arguimus ac complicationem.

## §. XXII.

Circa *strumæ & coalitus œsophagi causas* & proximas & remotas brevioribus licebit nobis esse, quod hæc jam §. 15. sunt præmissæ, illæ vero ex his facile deducuntur. Nimirum quicquid sanguinem & lympham harum glandularum œsophagi ad stagnationem, stasim & spissitudinem disponere potest, illud infarctum, intumescenciam, indurationem, scirrhotitatem illis affert, tanquam proximam strumæ œsophagi causam. Ità pariter quæcumque causa, œsophagum extus valde diuque comprimens, constringens, latera ejus interna jugiter sibi invicem apprimat, atteritque: vel internam œsophagi superficiem excoriat, arrodit, exulcerat, constringit, corrugat: vel tunicæ nervæ callosam & scirrhotam indurationem, stricturem atque intumescenciam infert; illa non potest non in œsophago cavi angustationem & coarctationem, ac denique plenariam obliterationem inducere.

## §. XXIII.

*Symptomatum explicationem* brevibus hanc adornamus: *fame sitique* torqueri ægros mirum non est, cum tandem ne liquida amplius in ventriculo



cūlum deglutire valeant alimenta, interea vero nihilominus & ventriculus appetitu vigeat, & multum humidi, etiam laudabilis, per insensibilem transpirationem atque urinam diffletur, & reliqui in corpore humores majorem subeant attritum, atque acrimoniam contrahant, ut sic *faucium summa siccitas*, totius corporis *consumptio* & *stases* denique sanguinis *inflammatorio-gangrænosæ* ipsaque *mors* subsequantur. *Circa* aliqui ultimis diebus *nec sitiunt amplius, nec esuriant*, mente tamen constantes, causam esse reputamus, gangrænx ventriculi in sphacelum tendentis, & nervos ventriculi reddentis insensiles. *Cardialgiam*, quæ nonnullos vexat, derivamus vel ab acrimonia liquoris gastrici & flatulentia ventriculi, vel ab irritatis nervis gastricis, maxime si circa orificium sinistrum ventriculi lacessantur, premantur stringanturve abs glandulis ibidem intumescensibus, scirrhis, vel in suppurationem tendentibus. Summas *anxietates* & *lipothymias* supervenire intensissimis illis, & irritis tamen, deglutiendi moliminibus nemo mirabitur, qui attenderit; ab inhærente & defixo quodam assumpto, præcipue solido, intra oesophagum, partim lacessiri atque premi tracheam, partim in consensum trahi per insurgentes motus excussorios & e gula vomibundos ingestorum, atque hinc tussim tum excitari: partim ob concurrentia subinde, ultimo certe decubitus tempore, polyposa cordis, majorumque ejus vasorum concrementa, summe debilitatos tales ægros non posse non in angustias & animi deliquia deficere.

*Descensus ingestorum lateralis* per oesophagi canalem videtur adscribendus compressioni hujus laterali magis, ab annexis tumidisque dorsalis glandulis, quæ non in omnibus subjectis, quod aliqui anatomicorum quidem, sed falso, prætendunt, sub oesophago, sed aliquando ejus lateribus affiguntur: ut sic in latere oesophago compresso, minor existat sensatio, in opposito autem, minus, vel plane nondum presso aliquatenus via ingestis pateat, sensusque perstet integer. Si aliquis tractus notabilior atque lateralis oesophagi intus in callum induruit insensibilem, trajicientia ibi ingesta pariter non sentiuntur in hoc, sed opposito latere.

*Obicem* deglutitionis in oesophago *mox ascendere mox descendere* visum (§. 16.) sic nobis imaginamur, ut, vel in moliminibus deglutiendi, atque fibrarum oesophagi longitudinalium tunc facta abbreviatione, appendix earum glandulosa tumida p. n. simul elevetur & ad superiora trahatur tantisper, fibris vero illis iterum relaxatis, inferiora petat, sic mox ascendere, mox descendere videatur: vel revera etiam impedimentum modo altius, modo inferius esse queat, e glandulis magis intumescensibus sive dorsalis illis, sive aliis, orificio ventriculi propioribus: vel & vitium organicum immobile quidem perstet, sed jungantur subinde, in laboriosa hac deglutitione, stricture oesophagi spasmodicæ in tractu ejus modo superiore, modo inferiore. Si vero extra deglutitionis actum aliquid sic motari videatur in oesophago, cadet vel in ructus, vel in vermes, ascensum e ventriculo molientes suspicio.



*Therapia: indicationes* sunt l. palliativæ, l. curativæ. *Palliative* quum causa mali l. plane non, l. non statim & directe tolli potest, interim tamen symptomatibus occurrendum est urgentibus, velox atque gravius morbi incrementum impediri, ac majores molestiæ mitigari debent. Itaque res eo redit palliative, ut via ad ventriculum patula, quantum licet, fervetur ingerendis alimentis atque medicamentis: Si vero hoc impetrari nequeat, alio quovis modo reficiatur atque nutriatur ægrotus, saltem aliquandiu *Viarum lubricationi*, emollitioni *serviunt*: *Eclegmata* e mucilaginosi, oleosi &c. exigua, sed frequentiore dosi abliguriendis atque deglutiendis, in forma liquidiore propinandis, subinde renovandis, ne rancescant, aut acefcant e. g. Mucilag. Sem. Lini, psyllii, cydon. extracta c. Aq. malv. chæref. violar. &c. Ol. amygd. d. rec. expr. Ol. lini depurat. Butyrum recens, & cacao: sperma ceti. Sir. de alth. pap. err. paralys. Emulsiones e Sem. 4 frig. maj. pap. alb. card. mar. amygdalis. *Platerus* [t] hanc cum fructu adhibuit formulam. ℞. Ol. amygd. d. Butyr. rec. ana ℥β. Mucil. sem. lin. extr. ∇ viol. ℥ij. Medullæ sem. cucurb. & melom. rec. ana ℥j. Sacch. penid. ℥ij. M. Capiat cochlear unum cubitum iturus & mane alterum, sensim deglutiendo. *Vulterus* (l. cit. §. 9). bigam hanc medicaminum insigne levamen attulisse ægris prædicat: R. Ol. amygd. d. ℥ij. ~. tartar. ℥β. mixt. f. Lud. ℥j. Δ. mastich. Fuchs. ℥vj. Sperm. cet. ℥ij. Sacch. canth. ℥ij. M. D. quavis hora cochlear unum probe antea agitatæ hujus mixturæ, l. solum, l. cum brodio gallinæ pingui calidoque, Item: ℞. Ol. Amygd. d. Sir. de alth. pap. err. Oxymel. squillit. ana ℥j. ~. tartar. ℥ij. ∇ rad. angel. splenet. Mynf. ana ℥ij. Mixt. f. ℥ij. Sperm. cet. ℥j. Sacch. canth. ℥vj. M. D. sæpius unum cochlear e brodio gallinæ pingui & calido.

Extus collo applicare jussit *Vulterus epithemata calida* e rad. ebul.-ir. flor.-lapath. maj. ana ℥j. Cort. aurant ℥β. Pulv. cort. querc (*Gerber-Lobe*) ℥vj. Hb. plantag. maj. Flor. sambuc. ana Mj. Nid. Hirund. ℥ij. lap. medicament. Crol. ℥j. Θ. comm. ℥ij, M. C. C. Coq. in vini rubri & aceti ana ℥iv. ad remanent.  $\frac{2}{3}$ . Col. calidæ intingantur lintea quadruplicata, l. spongia major, expressa applicentur circa collum: (u) *Platerus* vero loc. mox citat. Ol. amygd. d. Butyr. rec. & axung. gallinæ. *Mennes* [v] adhibuit Ung. pomat. ℥ij. Ol. succin. alb. ℥ij. lavend. ℥β. - nuc. mosch. expr. ℥j. spic. nard. ind. ℥j. M. f. Linimentum, externe ad focum collo illinendum. Num vero tales colli perunctiones a-

liquid

[t] F. Platerus Obs. L. 1. p. 213 f.

[u] Scopo lubricandi, emolliendi minus accommodata sunt hæc epithemata, sed adstringendi potius &amp; resolvendi.

[v] Joh. Mennes in Ruyfch. Adversat. Anat. 1. p. 33.



liquid, multumve, præsent ad vitium oesophagi, in cavo pectoris delitescens, vehementer dubitamus? Unde Galeni consilio [\*] potius asurgimus, qui topica dorso iussit applicare in affectibus oesophagi.

*Faucium* molestissimam *siccitatem* temperamus frequenti collutione per aq. frigidam, simplicem, vel succo citri acidulatam, vel nitratam. Viribus prostratis, *lipothymis* succurrimus mixtura ex  $\nabla$ . 4. cord. ana  $\zeta\text{ij}\beta$ -naphæ, e typh. cerv. per se destillat. ana  $\zeta\text{ij}$  Efs. ambr. liq.  $\mathcal{D}$ j. Sir. berb.  $\zeta\text{ij}$ . M. D. subinde cochlear unum, in ore aliquandiu detinendum, dehinc iterum exspuendum, si deglutiri nequeat. Aut tenuis mucilago, simili adhibenda modo, e sem. psyl.-cydon.  $\nabla$ . rofar. & viol. extracta, addito Sir. r. id. Regioni cordis atque carpis epithemata ex  $\nabla$ . carbunc. applicentur.

*Tussi*, si quæ conjungitur, destinabimus externe litus ex Ung. pot. rubro & pectoral. Emplastrum de sperm. ceti: Interne linctum ex Ol. amygd. d. Sperm. cet. spec. diair. f. Diacod. croc. Mynf. it. Apozema e Fl. pap. err. paralyf. Hb. veron.-Hyssop. Rad. Liquir. Anis. stellat. *Cardialgiam* mitigabimus; externe: balsamo ex Ol. nucist. expr.  $\zeta\text{ij}$ . Ol. dl. succin. menth. ana  $\mathcal{D}$ j. Axung. castorei  $\zeta\text{j}$ . M. Illinatur regioni epigastriæ & huic oppositæ in dorso, vel cerato e Theriac. Andr. & Ol. nucist. expr. Imponantur sicci calidique facculi ex Hb. absinth. - aneth. - abrot. - menth. Fl. chamom. rom. &c. Interne, si nimirum aliqualis adhuc supersit oesophagi permeabilitas, mixtura & specif. ceph. M.  $\mathcal{D}$ ij.  $\nabla$ . menth.-chamom.-pap. err. ana  $\zeta\text{ij}\beta$ . Liq. anod. min. Hofm.  $\zeta\text{ij}\beta$ . Sir. pap. err.  $\zeta\text{ij}\beta$ . &c.

## §. XXXV.

Indicationi *palliatioæ* media etiam suppeditat *fons chirurgicus*, quæ scilicet canalem oesophagi, aliquo suo tractu coarctatum, referant ad aliquod tempus, vel, continuo intra oesophagum relicta, viam servant patulam. Eo jam digitum intendimus §. 16. scilicet *instrumento* vel *flexili*, vel jam ita *incurvato*, ut fauces & oesophagum facile subeat, oleosis imbuto & in oesophagum detruso, strictiores vias caute diducimus ac ampliamus. Post extractionem talis instrumenti statim succedere solet, uti Voelterus aliique sunt experti, deglutitio liquidorum, ovorum forbilibum &c. brevi quidem denuo intercepta. Possunt solentque in hunc finem adhiberi bacillus radicis liquiritiæ recentis longior, justæ crassitie, in extremitate inferiore in mollem quemdam penicillum contusus ac disceptus: Aut simili modo se habens virga tauri junioris exsiccata: aut virga cetacea, quam in deglutitione, impedita a paralyfi vel tumore orificii sinistri ventriculi, suadet ad cibos in ventriculum deprimentos *Willisus*. [y] Aut spina ba-

Tom. 11.

G g g lænæ,

[\*] Rationem cur? Illustravit P. Paw in not. ad Vesal Epit. anat. p. 105. f. anatomico facile hariolandam.

[y] Th. Willis Pharmac. ration. P. 1. S. 2. C. I. p. 25.



lænæ, cujus extremo inferiori spongiola firmiter est alligata, quali usus est *Mennefius*, plus semel jam laudatus: Aut tubulus *Fabricii Hildani* [z] quo pluries feliciter usus est in œsophagi compressione *Vœlterus*.

Alia adhuc *Methodus Capivaccii* [a] prioribus videtur præstare, si nimirum fistulæ, in œsophagum detrusæ ultra locum obstaculi, vel & in ipsum usque ventriculum impellatur dehinc alimentum liquidum. Verba ejus hæc sunt: cum ægri deglutire nequeunt, canulam immittenda intra gulam ut fiat cibarium deglutitio. Sed quando adest inflammatio in illa parte, nimis irritatur. Propterea consulo, ut non, nisi maxima necessitas urgeat, ad cannulam hanc confugiatis. Probo magis, ut paretur aliquod instrumentum, ad modum fistulæ, quod imponatur prope œsophagum & præterea assit vesica, munda, repleta potione nutriente, & hæc vesica apposita sit fistulæ, ut in clysmis fieri solet: impetu quodam vesica comprimatur, ut etiam cum impetu portio illa deducatur ad œsophagum. Quosdam desperatos, ob famem, fistulæ hujus beneficio restitutos vidi. Specialia quoad materiam, structuram, longitudinem, crassitiem &c. hujus fistulæ non addidit *Capivaccius*.

Ast videtur nobis in hos usus utiliter adhiberi posse *syringa* quam ejus inventor, *Roncalli*, *Vermicularem* appellat & iconibus illustrat [b]. Nimirum constat ejus hæc syringa annulis spiralibus, ex argento fabrefactis, eo modo, quo catheter, flexilis dictus, parari solet: [c] In eo differens, syringa hæc funiculo serico, s. fasciola tenui & angusta, e serico texta, (Italis *bindello*, Germanis *Biendel*, *schmales Band*,) quæ cæra & pauca resina obducitur, extus arcte circumvolvatur, hujus extrema firmiter alligentur extremitatibus syringæ, & dehinc manu, l. tabula super tabulam in orbem fricetur, atque lævigetur. Pro nostro autem scopo ampliorem obtinere, debet cavitatem vermicularis ejusmodi tubulus, in extremitate inferiore clausus in conum longiorem desinere, & in hujus summis lateribus utrinque oblongo foramine hiare, ut apex, ceu cuneus, viam sibi aperiat per œsophagi angustias, fenestræ vero lateral injectum in syringam liquorem vel alimentosum, vel medicamentosum, dimittant in œsophagum atque ventriculum. Tubuli flexilitas inserviet faciliori ac blandiori applicationi: arcte circumducta fasciola, ut annuli spirales minus distraherentur aut rumpantur. Nisi obstaculum in œsopha-

go

[z] *Fabricius Hildanus* Obs. Cent. 1 obs. 36. Videtur autem tubulus hicce si non in genere, tamen in specie ad nostram œsophagi angustiam justo amplior esse ac crassior, ut & spongia præfixa.

[a] *Hieron. Capivaccius* præct. med. Francof. An. 1594. L. 1. p. 358. cap. 53. ubi de angina tractat.

[b] *Franc. Roncalli* exercitatio medico-chir. de nova methodo extirpandi carunculas & curandi fistulas urethræ. in 8. maj. Brixiz 1720. p. 118 & 162.

[c] Iconem exhibet *Laur. Heisterus* in recentiss. ac nitidiss. chirurg. latina Tab. 27. fig. 6. item cannulæ flexilis Tab. 5. fig. 9.

go nimis validum pertinaxve fuerit, nihil officiet flexilitas minorque hujus tubuli rigiditas in adigendo & propellendo eo per totum, quousque liber, oesophagi tractum.

Quid, si talis tubulus relinquatur, uti alias in vesica solet fieri, diutius, per unum alterumque diem oesophago immittas, & ejus orificium superius, funiculo extra os propendente obfirmetur, ne forte profundius julto totus se demittat & abscondat tubulus? Ita sine impedimento, quoties lubuerit, possent ope alicujus syringæ in hunc tubulum impelli alimenta & medicamenta: is autem postea extractus probe purgari. Si ex auro confectus sit tubulus, minor est, quin nullus, inquinacionis metus a transeuntibus liquidis, vel alluentibus domesticis oesophagi, acribus acidisve humoribus.

## §. XXXVI.

Quodsi tamen insuperabile sit hoc obstaculum, nullique plane instrumento atque tubulo transitus concedatur, [d] vel & hoc modo corpus tantum nutrirī nequeat, quantum requiritur, quæstio exurgit de clysmatibus nutritibus, ano injiciendis, mediante syringa, probe tamen mundatis & deteris prius intestinis crassis? Rationes pro & contra, ingeniose ventilatas præsertim à celeberrimo Viris, Dnno de Littre & Lemery [e] non recoquimus. Nobis videtur non tuto saltem, sed etiam cum aliqua spe successus tentari posse præposterus hic nutriendi modus, quoniam primo à variis authoribus, bis etiam ab ipso Præsidente, observata sunt vasa lactea e crassis intestinis exeuntia in hominum cadaveribus, brevi à morte factis: Secundo, si vel maxime talia non semper & in quolibet occurrant individuo, in venas tamen horum intestinorum sanguineas, quin & lymphaticas absorberi ex parte possunt injecti liquores nutritii. Tertio subinde contingit, ut valvula coli transmittat vel tandem appellentia e colo in ileum clysmata, &c. Quarto nihil opus est ulteriore, injiciendorum per clysmata, liquorum nutritium e. g. brodii carnis, lactis, præparatione & digestionem, quales venter & duodenum præstant ceteris alimentis atque chylo. Sed tamen haud reticebimus casum à Tulpio notatum, [f] in femina, cui ob gulæ paralytin deglutitio erat abolita, atque ideo, cum repudiaret commendatum Capivaccii tubulum, quo mediante alimenta per oesophagum licuisset in ventriculum deferre, juscula carnis nutritiva ano fuerunt injecta, instar clysmatum, intestinis antea satis deteris, ipsa vero ægra vitam nihilominus ultra septimum diem haud protraxit. An ex insufficientia nutritionis? An alia causa? expresse non determinatur.

## G g g 2 §. XXVII.

[d] Inexpugnabilem ejusmodi obicem supra retulimus e Tulpio §. 7.

[e] Hist. de l'Acad. royal. des scienc. Anni 1717. pag. 25. Edit. Amstel. chap. sur les lavemens nourrissants.

[f] N. Tulpus in obs. med. L. 1. C. 42. p. 78.

## §. XXVII.

Ad indicationes palliativas pariter ac curativas è fonte diætetico spectant, tam quæ remote præcipiuntur vitanda, quam quæ positive sunt agenda. Calor nimius hypocausti & atmosphææ, nec minus etiam aër frigidus, borealis, vitari debent & temperari. Nimius corporis motus, stragula lectique graves plumacei. Coitus, ira, mœror sollicitè caveantur: utpote quibus partim vires, jamjam satis exhaustæ, gravius prosterantur, partim, intempetivo sudore prolecto, humidi in corpore defectus augetur: partim humores ultra inspissantur: partim spiritus animales atque sanguinis circulus turbantur. Alvus tanto minus ducenda aut stimulanda videtur, quo minus habet, ob longam inedia, quod excernat; Nisi vel flatu, vel scybala indurata, &c. blandam sibi vindicent subductionem. Ex alimentorum censu exulent omnia, quæ peccant crassitie, mole, duritie, siccitate, atque ideo per arctiorem œsophagum trajicere nequeunt; aut aromatica, spirituosâ caliditate, salina & acri stimulantè qualitate nimis excalefaciunt, stimulant, exsiccant: aut styptica, adstrictiva qualitate magis coarctant œsophagum.

E contrario alimenta potius sint fluida, blanda, bene nutrientia e. g. brodia carnis vitulinæ, bubulæ, gallinacæ: juscula, quæ vocant, consummata: gelatinæ tenues e rasur: C. C. Eboris, in jusculis calidis solutæ. Cremores hordei, avenæ. Lac dulce bubulum, humanum e mamma fugendum. Pulculæ tenues ex amylo, amygdalis. Cremor lactis vaccini cum albumine ovi & saccharo canariensi, in pulverem redacto, frigide, cochlearis unius quantitate, per diem aliquoties abliguriendus. Ova forbilia. Vinum bonæ notæ, album, oligophorum. Cerevisia hordeacea tenuis, bene defæcata. Decoct. hordei, passular: min. Dactyl: exossat. Sem: fœnic. Rad: liquir. &c. Pectus atque dorsum vestimentis probe muniantur. Somno, quantum licet, indulgeant, animumque erigant.

## §. XXVIII.

*Indicationes vero curativas* nunc strictius profecuturi ostendemus, quousque nodum hunc, gordio intricatiorem, solvere malumque radicitus tollere liceat. Aliæ ergo respicient glandulas tumidas ac induratas, œsophagum extus valide comprimentes: Aliæ concretionem coalitumque œsophagi. In antecessum tamen monemus, in hac cura omnium primum esse, in tempore venire & venienti malo potius obviam ire, quam radicato se opponere. In casu igitur *strumæ œsophagi*, sive quacumque hujus compressione à corpore glanduloso has formamus indicationes, quarum executio poterit ut plurimum eo ordine, quo proponuntur, institui, mutari tamen & suspendi ex parte, cum eo invaluit deglutiendi difficultas, ut ne guttulæ amplius nec alimentorum nec medicamentorum transitus in ventri-

ventriculum concedatur. *Indicatio curativa* (1). *Revellere, derivare affluxum ad glandulas tumidas, impedire tumoris augmentum.* (2). *Incidere, attenuare, resolvere infarctum atque tumorem harum glandularum.* (3). *Lubricare, emollire canalem oesophagi.* (4). *Dilatare, patientiorem reddere oesophagum.* (5). *Patulum servare eundem.*

## §. XXIX.

In casu vero *constricti & coarctati oesophagi à callosa tunicarum internarum strictura & crescente magis magisque coalitu, in aliquo saltem oesophagi, non toto, tractu, indicatio curativa est.* (1). *Emollire, relaxare strictas tunicas, internis & externis.* (2). *Oesophagum successive ac prudenter dilatare.* (3). *Dilatatum conservare.* (4). *Fortassis & lenibus septicis provide callosam duritiem erodere, diminuire, tollere, parietesque oesophagi internos coalitos, cathartecorum cuneis aperire.*

## §. XXX.

*Revulsionem præstant: Evacuantia:* In principio mali, viribus adhuc integris, subjectis plethoricis, ventilationibus sanguinis aduetis, venæsectio in pede, vel brachio: Aut cucurbitulæ scarificatæ in humeris, scapulis. *Laxantia, purgantia* per epiorasin. *Enemata lubricantia, stimulantia. Mercurialia, salivationem blandam procurantia. Diaphoretica atque diuretica. Frictiones artuum frequentes & asperæ:* In nonnullis *vesicatoria brachii imponenda. De cura salivatoria plura subjiciemus sequentibus §. 36. seq.*

## §. XXXI.

*Resolutionem, incisionem tumidarum glandularum suscipimus: Externe:* frictionibus calidis, frequentibus, à prima dorsi vertebra ad primam lumbarem, quas excipiant statim illinitiones calidæ. ℞. ung: agrip. - nervin: august. ana ℥ij. ol: nucist: expr. ℥iij. ol. dl. succin-junip. philos. ana ℥ss. Camphoræ ℥j. M. Emplastrum longius atque latius dorso imponatur: ℞. Empl: de ran: c: ♀. Vig. reg: Burrh. in port. anat. Malax. ol: tartari: fetid. Item *epithematibus, sacculis calidis, in vino coctis ex Hb. serpil. organ. hyssop. rorismar. abrotan. Fl. sambuc. lavend. melil. Rad. angelic. scrophular. ononid. bryon. & camphora. Balnea, naturalia, & artificialia, viribus resolvendi imbuta, thermæ, calore moderato, infusione usque ad collum, longiore usu, non contemnendam quæsitæ resolutioni symbolam addent. Interne resolventia sunt: Rad. 5. aper: maj. ari, ir: flor. cal: arom. scrophular. ononid. gentian. Zingib. Piper longum, cardamon. caryoph. cinnam. crocus, millep: ppt. Sia alcalina fixa & volatilia. Sia media. Cinabar ♀. d. mixt. f. Lud. TR. tar-*



tar TR. ♀. acris. ☉ amm. anifat. Aquæ minerales, Selterana, Bergenſis noſtras. Aq. deſtill. ſambuc. chæref. hyſſopi, meliſſ. hepat. nob. matricar.

## §. XXXII.

Indicationem *emolliſionis* & *lubricationis* tertiam §. 28. & primam §. 29. obtinebimus partim per ipſa alimenta, §. 27. commendata, partim per medicamenta butyracea oleoſa, gelatinofa, e. g. butyr : majale, recens, infulſum, butyrum cacao, in juſculo carnis pingui ſoluta : ol. oliv. optimæ notæ ol. amygd. d. rec. expreſſum : mucilagines e ſem. pſyll. cydon. lini, ▽ malv. ceraſ. n. fl. paralyſ. &c. extractas & remixtas ſir. dialth. violar. paralyſ. &c. Gelatinam tenuem tremulam e raſ. c. c. & ebor cum paſſul. min. rad. alth. fl. paralyſ. & violar recentibus, amygd. d. excort. & flaved. rec. cort. citri debite paratam, ac tantillo ſir. viol. vel rub. id. edulcoratam. Omnia hæc vel ipſa mediante deglutitione, utcumque ſuperſtite, ad locum obſtaculi in œſophago deferuntur, vel mediante ſpongiola, inſtrumento præfixa, & ejuſmodi lubricantibus imbuta §. 25. vel mediante ſyringa impelluntur. Jungi quoque poterunt externi litus, juxta tractum ſpinæ dorſi per thoracem, calide & frequenter infricandi ex ung. de alth. ol. e fl. Slot. lumbricor. axung. human. quin & cataplaſmata ex emollientibus atque oleoſis parata, & veſica ſiulla excepta, dorſo admoventi in illa regione, quæ reſpondet obſtaculo deglutitionis in œſophago.

## §. XXXIII.

Indicationem *dilatandi*, *patientiore reddendi œſophagum*, juxta §. 28. nro. 4. & §. 29. nro. 2. illustravimus jam abunde §. 25. ſcopo quidem tum palliativo ſaltem, ut ſcil. ad aliquod minimum tempus & poſt ſingulas immiſſiones inſtrumentorum, ibi laudatorum, in œſophagum, porta denuo aperiretur alimentis atque medicamentis ingerendis. Nihil vero obſtat, quo minus & curativam indicationem ſimul intendamus, atque una fidelia duos parietes dealbemus. Sicut enim per repetitas & frequentes explorationes urethræ ac veſicæ urinariæ, mediante ſpecillo aut cathetere, aut viarum lacrymalium, per ſpecillum Anelianum, præternaturales horum canalium anguſtiæ ſtricturæ, calloſæ magis magisque deducuntur & ampliuntur; Ita non vana ſpes aſſulget, fore ut exoptatâ ſimilis ſors quoque ſit redundatura in canalem œſophagi anguſtiorẽ, maxime ob calloſarum tunicarum ſtricturas coarctatum. Sed tamen & heic nec timide nec temere! Nimis enim violenta intruſio & propulſio, craſſioris maxime inſtrumenti, dolores & anxietates vehementer adaugebunt, & metum crepaturæ ac perforationis œſophagi circa locum obſtaculi incutient, aut nimio ſuperficii internæ attritu excoriationem, exulcerationem variaque hinc pendentiã mala & incommoda inducent. Unde patet,

pâtet, lente festinandum, instrumenta primo adhibenda tenuiora, dein per gradus crassiora, illaque suspensa manu sic esse versanda, & ultro citroque intra œsophagum agitanda, ut angustiozem ejus meatum denique subeant atque superent: Extracto autem iterum instrumento confestim & per vices propinanda esse talia lubricantia & emollientia medicamenta, qualia laudavimus paragrapho antecedente. Quoties hanc dilatationem repetere liceat, vel oporteat? Definet & tolerantia ægri, & necessitas restaurandæ deglutitionis, hujus successus & eventus, quibus omnibus prudenter se accommodabit medicus.

## §. XXXIV.

Cum autem *cardo rei* vertatur in eo, ut non per vices tantum, & brevi intervallo, sed jugiter atque constanter *via, semel reſerata, maneat fatis patula*, juxta indicationem quintam §. 28. & tertiam §. 29; Itaque primarias indicationes, ipsi causæ debitas, simul attendendo, e g. resolutionis, emollitionis, non modo iterum iterumque commendamus methodum superiore paragrapho descriptam, sed & faciendum tentamen, quod jam ad calcem §. 25. tetigimus, relinquendo scil. tubulum artificialem in cavo œsophagi. Ideam hanc subministravit nobis analogia methodi chirurgicæ, in angustioribus fistulosis sinibus apertis servandis, arctioris urethræ dilatatione, canali lacrymarum nasali obstructo & coalito, post factam reſerationem pervio servando &c. ubi nimirum per immisas turundas, cereas candelas, specilla, catheteres, jugiter in illis angustioribus cavis relictos, viæ aperiuntur non modo, sed diductæ etiam ac apertæ servantur. In curandis scil. radicaliter obstructionibus & concretionibus mox memorati nasalis ductus, quæ maximum chirurgus negotium facessere solent, unicum superest incruentum effugium, quod Præsidi toties jam feliciter cessit, alique fortassis inter arcana fervarent, ipse vero, illam in proximum invidiam detestatus, in hac ponit methodo: ut specillum illud argenteum Anellianum, debite immissum per lacrymale punctum superius, saccum lacrymale atque ductum nasalem, in cavum narium usque adactum per aliquot dies continuos relinquat, postea extrahat per idem punctum lacrymale, injectiones deterſivas traumaticas blandas impellat syringa anelliana in illas lacrymales vias, atque tum de novo vel e vestigio, vel brevi post specillum immittat, immissumque servet aliquandiu.

Quamvis autem turunda crassiuscula intra coangustatum œsophagum, spatio 14. dierum relicta (§. 12. circa medium) nihil, præter molestiarum augmentum effecerit in illo casu, in advers. Ruysch. obvio; alia tamen causa subesse videtur, quam quæ nostræ huic methodo præjudicet. Molle enim tale corpus, nullaque vi expansiva præditum, turundam putam non posse satis expandere canalem angustiozem in proclivi est. Num verlice



liceat huic substituere aliam, e spongia, per constrictionem florum, aut alio modo, compressa & compactissima reddita, oleo amygdalar. in superficie & obiter delibuta, in ipsum œsophagi locum angustissimum propellenda, filo tamen longiore extra os propendente, instructa, ut suo tempore retrahi possit, quo scil. modo vulnera, sinus, cuniculos fistularum feliciter & absque dolore ampliant chirurgi, disceptatio foret non de lana caprina?

Instrumento chirurgico, diducendis atque dilatandis angustioribus cavis, adhiberi solito, quale vocant *speculum oris*, ani, uteri, aut alii simili in præsentem casum attemperato nullum ideo locum concessimus in superiore paragrafo, quod ob oris atque faucium rationem œsophagique situm, huic non satis profunde potest immitti. Sed non diffitemur, magno futurum incommodo canalem, utcumque tenuem ac flexilem, aliquandiu in œsophago faucibus ac ore retinendum, juxta methodum per nos proxime stabilitam. Sed remedium, quod superest unicum, & tutum satis & jucundum est habendum!

## §. XXXV.

At si quando neque per hæc scopus attingi queat, vel ne tentanda quidem sint, in illo casu, quo suspicamur plenarium arctissimumque coalitum ac indurationem callosam parietum internorum œsophagi, quæ nec resolvendis cedere solent, nec emollientibus remediis, superest indicatio, quam §. 29. commate quarto protulimus, nempe *lenioribus septicis* callosam duritiem & coalitum œsophagi absumentibus, erodentibus medicamentis successive ac provide tollendi. Quod quidem tentamen ut difficultatibus gravissimis haud destituitur, ita tamen, amore proximi, in casu hoc desperato, annuente ægro, sub debitis cautelis facere quidni liceat? Lenia ejusmodi septica erunt: rad. ir. fl. aristol. rot. gentian. ari. aloë, euphorbium, cineres clavellati, alumen ustum, viride æris &c. Qualia cum melle in consistentiam solidiorem cocta, in figuram glandis, vel aliam ovatam efformata tenuem, debent ad locum usque obstaculi in œsophago deglutiri vel detrudi, ut ibi sensim sensimque emollitum atque fufum hoc remedium energiam suam exferat cathæreticam. Quæ vero cum se diffundat ad sanos etiam œsophagi parietes internos, tanto magis requiret aliquanto post tempore collutionem, deterfionem, emolitionem per gargarismata & injectiones in ipsum œsophagum. Imo tempestive tunc etiam explorandæ sunt œsophagi angustix, num instrumentis, supra allatis, transitum magis magisque concedant? Si nimius dolor, inflammatio, febris, spasmi e cathæreticorum usu immineant, abstinendum est ab illis, vel blandioribus pugnandum. Quid, si & ultimi hi conatus therapeutici sint irriti? In magnis & voluisse sat est! Interdum docta plus valet arte malum!

## §. XXXVI.

## §. XXXVI.

Denique jam *curationis Menneſiane*, ad finem §. 12. allegatæ, *per ſalivationem* feliciter præſtitæ ulterior eſt injicienda mentio. Per ſalivationem & ptyeliſmum intelligimus copioſam, frequentem & tantum non continuam, aliquandiu durantem ſalivæ excretionem ex ore faucibusque, qualem, ut aliquando ſponte evenit, ita remediis, ut plurimum mercurialibus, provocare ſolemus. Hac mediante cura ſalivatoria non modo Menneſes desperatum illum ægrum, difficillima deglutitione laborantem feliciffime reſtituit, ſed & celeberr. ille quondam Lipſienſis Profeſſor *Bohnius* [g] analogam inſtituit curam. Ita vero is habet: indicans curæ ſalivatorię eſt ſerum virulentum, imprimis venereum, aut viſciditate atque acrimonia ſingulari alias depravatum: quemadmodum quondam in tumore oſophagi feminæ cujuſdam, ſine dubio à glandularum vicinarum, in ſpecie oſophagæarum, intumeſcentia exorto, abſque ulla malignitatis venereæ ſuſpicionem me ſalivationem cum euphoria adminiſtraſſe recorder &c.

Quamvis verò e brevi nimis hac recenſione non audeamus determinare, an præſumptus à Bohnio tumor ille revera extiterit in illis oſophagi glandulis dorſalibus, & non æque in aliis vel pharyngis, vel oſophagi extremi prope orificium ventriculi, vel & ipſo thymo prætumido, uti ab ejus incremento in pugni magnitudinem, & induratione ſteatomatoſa, poſt mortem inventis, deduxit ſenſum, de quo inter alia querebatur juvenis phthiſicus, quaſi oſophagus occluſus eſſet; & in eo tumor hæreret, tranſiturus in apoſtoma, Jo. Melch. *Verdries* [h]; huc tamen omnino ſpectat, quam ſalivatione mercuriali ſuſcepit, falſta curatio.

Hæc eſt Herculis clava, quo varia morborum monſtra domantur, non modo de venerea infectione ſuſpecta, ſed & alia, ubi, quod Bohnius ex parte notavit, ſerum viſciditate & acrimonia peccat in univerſum non modo, ſed & ſpecialiter in certis glanduloſis locis ſtagnat, accumulatur, ſpiſſeſcit, & denique induratur. Licet vero durum, moleſtiſſimum, quin & ſubinde periculofum ſoleat eſſe hoc remedii genus, duro tamen nodo durus eſt quærendus ac opponendus cuneus. Non immorabimur hic generalibus præceptis & cautelis circa ſalivatoriam curam ſollicite obſervandis, utpote à tot celeberr. authoribus abunde traditis: ſed ſpecialiora ſaltem reſpectu præſentis noſtri affectus pertractabimus.

## §. XXXVII.

Videtur autem hæc cura ſalivatoria minus quadrare in calloſa canalis oſophagi concretionem ſ. plenario coalitu, quod nulla, vel exigua, ſpes

Tom. 11.

H h h

ſit,

[g] Joh. Bohm. de offic. med. dupl. p. 1. c. 15. p. 293.

[h] E. N. C. Cent. 7. obf. 90. p. 432. ſeq.



fit, per salivationem emolliendæ callositatis & cohæſionis parietum interiorum œſophagi liberandæ & divellendæ; idque tanto minus, quod propter deglutitionem penitus abolitam, & omnino ſic denegatam medicamentorum aſſumptionem, nec debita præparatio ad hanc curam ſalivatoriam, nec directio & moderatio ipſius jam inſtitutæ adornari debite poteſt. Quæ vero difficultas eadem eſt in altero etiam noſtro caſu, ubi per glandulas externe adhærentes tumefactas adeo comprimitur œſophagus, ut nihil quicquam tranſire valeat. *An ergo tum nihilominus ſalivationem, per inunctiones externas mercuriales, modicas, excitare liceat, grave problema eſt?* Certe oportebit moderate, non nimis frequenter unguentum tale illinere carpiſ cubitiſque, & ptyeliſmum in modica quantitate, ſed eo diutius, conſervare, donec, favente ſecunda fortuna, inter hæc ſucceſſive magis ſe aperiat œſophagus, vel ſaltem per immiſſa instrumenta dilatari patiatur. Videat ergo ipſe prudens medicus, quid, quomodo, quando quibuſque, & hæctenus prolatis, & jam ſuperaddendis, pugnandum ſit remediis?

## §. XXXVIII.

Itaque, ſi fieri poſſit, *cure ſalivatorie præmittatur*, debita *præparatio*, per lenia clyſmata, laxantia, purgantia, balnea, interpoſitis diaphoreticis. Purgante mercuriali arcano, quod e connubio  $\text{☿}$  &  $\text{♁}$  compoſitum adhibuit Mennes, ſed non diſerte revelavit, ſuperſedere forſitan ſecure poterimus, cum alia tot in promptu ſint, viribus prædita haud inferioribus. An vero vomitus, quos ſimul excitavit illud medicamentum, hic tuto ſemper provocentur, dubitamus [*i*]? De hinc moderatæ doſes l. mercurii dulcis rite parati l. alius panacæ mercurialis uno alteroque die poſſunt propinari, donec ſalivatio excitetur, quæ tamdiu ſibi eſt relinquenda, vel & novis mercurii præbiis reſuſcitanda, donec effectum deſideratum ediderit, & denique l. ſponte ceſſaverit, l. purgantibus, diaphoreticis &c. ſopita fuerit. Durante ſalivatione fauces colluantur sæpe calido, demulcente ac deterſivo gargarifmate; tenues avenæ cremores propinentur ſubinde & decocta aperitiva, demulcentia. Ad finem curæ adhibeantur enemata, & medicamenta alvum blande ſubducentia. Aliquando etiam ſudores proliantur, & denique reſtaurativis, analepticis, ſobria diæta finis toti imponatur curæ. Sicque & jam diſſertationis eſto.

## EPISTOLA

[*i*] Beat. Jo. Zeller, venerandus poſt cineres Præſidis focer in diſp. priore de morbis ex ſt rictura glandular. p. n. natis p. 9. & 10. & alibi paſſim quidem meminit glandularum œſophagi tumidarum, & hinc enatorum ſymptomatum variorum, e. g. doloris gravativi à ſcrobiculo cordis per medium pectus, dyſpnœæ, aſthmatis, tuſſis, raucedinis, catarthorum, inprimis v. etiam p. 10. §. 9. abolitæ deglutitionis, ubi vomitorium fruſtra fuerit exhibitum. Aſt cum non præciſe, quaſnam intellexerit œſophagi glandulas, imo e contextu videatur inuiſſe ſaltem internas œſophagi glandulas miliareſ tunicæ nerveæ, nec de cetero caſum noſtrum data opera proſecutus ſit, omniſi ejus citationem in prioribus aliorum exemplis, à nobis allegatis.

## F I N I S.



## VIR ILLUSTRIS AC MAGNIFICE,

FAUTOR ADMODUM COLENDE.

**E**A cum Amoris sit indoles, ut occultari ad tempus non vero celari diu possit, quin ignis suppressi instar luculentiori flamma tandem compareat; non miraberis, si meus in *Te* Amor, quem nomen *Tuum* *Tuusque* favor à multis retro annis genuit & fovit, cancellis privatis, quod hæcenus factum, includi se ulterius neget, sed responforiarum loco, quas ultimis *Tuis* die decimo quarto Calendarum Martii ad me datis Schedium hoc epistolicum typis impressum mittam, & quam honorificum, quam proficuum, quam jucundissimum mihi commercium istud litterarium sit, ab omnibus conspici contendam. *Principi tibi medico* quippe si placuero honorum crediderim satis mihi accessisse, quantumvis, quæ *Tua* est animi probitas ac magnitudo, *Tu* noveris tenuitati meæ aliquid dare. Opportune certo litteræ tuæ mihi redditæ fuerunt, quando de consultore meditabar, cum quo meditationes meas, de methodo subveniendi submersis per *Laryngotomiam* conferre possem. Ansam talia perpendendi suggestit sectio in cadavere militis præfidiarii ante paucas septimanas publice instituta, qui fugam tentans, dum fossam mœnia cingentem glacie tunc tectam superare voluit, miser submersus est, & hinc Theatro Anatomico cecidit in prædam. Ceu inde nata est occasio plurimis, imprimis his, qui asclepiadæ arti se dicarunt & almam nostram decorant, interiora corporis humani curatius inspiciendi; ita mihi peropportunum accidit, ut convincere omnes potuerim, fallacem imo nullam esse illam opinionem, ac si submersi pereant ex aquis illis, quæ sub lucta vel commoratione in undis tam in pulmones ac vel maxime in ventriculum irrepperint, nec ante restituantur, quam aquæ illæ per subversionem ventriculi fuerint iterum exclusæ. Opinio, quæ diu ex merito suo catalogo pseudodoxiæ epidemiciæ fuisset inferenda, nisi auctoritas virorum non incelebrium scriptis suis illi accedentium deterruisset alios. Nec enim, multæ cæteroquin fidei, *Platerus*, ad mentem meliorem reducere potuit homines, quantumvis candide scripserit, se in submersorum ventriculis, non semel sed multoties vix quicquam aquæ observasse, & abhinc subjunxerit, non emori submersos, quod aquam assatim & nimium bibant, quamvis vulgo illud credatur. Pariter non levis fuit illatio excellent. *D. Wepferi*, quando incisa aspera arteria castoris in fluvium præcipitati & suffocati nullam aquam e pulmonibus exprimere potuit, quod concludat in animalibus in undis suffocatis nihil prorsus liquoris per laryngem intra asperam arteriam admitti. Et quid clarius dici potuit ac quando celeberrimus *Waldschmidius teste observ.* 153. *Anni VI. Dec. II. Miscell. Med. Phys.* scribit: in submersis ne gut-

H h h 3 tulam

